



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XLI. Johann Duscowitz zu Demmin verzichtet auf Ansprüche an  
Werckenthin zu Gunsten des Klosters Arendsee (1314?)

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

postmodum Nicolaus et Johannes fratres, domini dicti de Rozftoch, ipsam villam warken-  
tin predictae ecclesie antea contulerunt. Ne igitur aliquem de nostris successoribus super hiis du-  
bitare contingat, nostra sigilla ad horum confirmacionem presentibus sunt appensa. Testes sunt  
Conradus de Cremon, Hermannus de Wokenstede, Tesmarus, Conradus vos,  
Conradus de Lankowe, Wfchade, Otto de Retfowe, Clawes kabold, Rolofh  
Barold, Johannes de hauerberg, Hermannus de Ruppifhagen, Ludeke descin,  
Conradus predole, milites, Johannes et vicko fratres dicti pritzebur, famuli fide  
digni. Datum Guftrowe, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quartodecimo, feria quarta proxima post  
michaelis festum.

XLI. Johann Dufcowitz zu Demmin verzichtet auf Ansprüche an Werckenthin zu Gunsten des  
Klosters Arendsee (1314?)

Omnibus Cristi fidelibus hanc paginam inspecturis Johannes dufcouitz, castellanus in  
dymn, salutem in domino. Testimonium perhibemus hoc scripto, quod nos, timore dei correpti,  
ad instanciam Rodolfi prepositi, prouisoris ecclesie in Arneffe, a quo eciam pecuniam accepi-  
mus, quod quiddam Juris habuimus in villa Warghentn, quam dominus kazimarus eidem  
ecclesie contulerat, resignauimus, et ne nobis reiterandi, uel posteris nostris calumpniandi detur  
occafio, hoc factum sigilli nostri appensione mundauimus.

XLII. Die von Gladigau überlassen dem Kloster Arendsee die Mühle zu Gladigau,  
am 4. Mai 1318.

Omnibus hoc Scriptum uisuris siue audituris Henninghus et Otto, famuli, fratres dicti  
de Gladegowe, rei geste noticiam inmortalem. Vt ea, que per nos digna relatu geruntur, a  
posterorum non fecernantur congnicione, tam natis manifestare desideramus quam nascituris, Quod  
nos, profectus nostri uertate ruminata, honorabili viro domino Bertrammo preposito monasterii  
in Arnse et suo Conuentui de amicorum nostrorum consilio et de conuincia matris nostre do-  
mine Ode, necnon de vnanimi voluntate omnium heredum nostrorum ac cunctorum, quorum inter-  
erat, molendinum in Gladegowe cum omnibus Juribus, pensionibus et attinenciis suis, quibus  
ad nos pertinuit seu pertinere uidebatur, Vendidimus hereditario Jure perpetuo possidendum. Cui  
preposito et suo Conuentui ius feodale, quod Wlgares Lenwere nominant, ipsius molendini in nostra  
reseruabimus potestate tandiu, quousque ab Inclito principe domino Woldemaro Marchione